



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

Haimo <Altissiodorensis>

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1551

VD16 H 222

Dominica V. post Pascha

urn:nbn:de:hbz:466:1-39335

Act. 2.
& 4.

Act. 2.]

¶ Clarificauit spiritus sanctus filiū, qñ omnem timorem a cordibus apostolorū expulit, & ad unigenitum dei filium predicandum idoneos reddidit, sicut scriptum est in Actibus apostolorum: Repleti sunt omnes spūs sancto, & loquebantur uerbū dei cū fiducia. Clarificauit etiā spūs sanctus filiā, qñ ab eo missus, sicut fuerat pmissus, die Pentecoste sciētiam omnium linguarum apostolis tribuit. Vnde in Actibus Apostolorum legitur: Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui uarijs linguis, prout spiritus sanctus dabit eloqui illis. Clarificauit etiā filium, cum predicatorum filij tantis actualibus uirtutibus adornauit, ut uniuersus orbis ad eius credulitatem concurreret. Quod autem ait

Quia de meo accipiet, & annūciabit uobis, subaudiendum est, de meo patre. Qui enim de nullo fit, de nullo procedit, solus est pater. Filius autem a seipso non esse dicitur, quia a patre natus est. Spiritus sanctus a patre accipere dicitur, quia a patre & filio indiesibiliter procedit. Vnde & sequitur:

Omnia quæ habet pater, mea sunt.

¶ Et ideo dixi [quia de meo accipiet, & annūciabit uobis.] Id est, nota ea uobis faciet.

DOMINICA QUINTA

Post Pascha, Vocem iucunditatis, Iacobi I.

tis, Iacobi I.

Charissimi, Estote autem factores uerbi, & non auditores tantum, fallentes uosmet ipsos. Et reliqua.

Verba diuina factis nos oportet adimplere, si ad caelestia regna uolumus peruenire. Iacobus apostolus nos in praesenti lectiōe, ut

auditis, hortatur, dicens: [Estote aut factores uerbi, & non auditores tantum.] Factores uerbi sunt, qui custodiunt p̄ceptum d̄ni. [fallentes uosmet ipsos.] Fallentes autem sunt, qui uersantur in alijs rebus, desiderantes euangeliū audire, sed non implere: siue qui abscondit a sacerdote diuino. medico tuorum uulnera peccatorū, nec ea ad suā uile aperire salutem. Nec scripturam, neq; sacerdotē, sed semetipsam fallit, dum non dei, sed diaboli sequitur uoluntatem, de quibus subditur:

Quia si quis auditor est uerbi & non factor, hic comparabitur uiro consideranti uultū naturae suae in speculo. Considerauit em̄ se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. ¶ Mulierem mos est, in speculo considerare, ut se ualeant adornare, qualiter uiris suis placere possint. Ita animas nostras oportet nos solícite considerare in speculo euangeliū & eius perpendere dicta, qd̄ exinde ornamenta in adimplerione sacramentorum eius habeamus, ut uiro nostro Christo d̄no placere ualeamus. Si uero quod minus ornamenta animabus nostris imperfecto opere euangeliū habeam⁹ adeptū, omni solícitudine festinare oportet, ipsum nobismetipsis ornamentum exhibere in operibus sanctis, ne cum sponsus noster Christus, hora q̄ non putamus, uenerit & uocauerit nos, for̄e imparatos inueniēs, excludamur a nuptiis regni caelestis. & postremo cum fatuis uirginibus frustra ante ianuā incipientibus clamare, & aditum introeundi querere, cum non possimus inuenire. ¶ Non ergo obliuiscamur p̄ceptorum d̄ni, quae sunt animarum ornamenta nostrarum, sed seruientes uoluntati eius, adorne-

mus nos dignis moribus & sancta conuersatione,
ut cū Christus spōsus noster nos uocatur⁹ uenerit,
mereamur cū eo ad gaudia eterna puenire. Sequitur:

Qui autem perspexerit in lege perfecta li-
bertatis, & permanferit in ea, non auditor obliuio-
sus fact⁹, sed factor operis, hic beatus in facto suo
erit. ¶ Legem libertatis charitatem dicit, de qua
Paulus ait: In libertate charitatis Christi uocati
estis. Et iterum: Onera uestra inuicem portantes
cum charitate. Nam si quis in charitate perfecta
se custodire sategerit, deum uidelicet ex toto cor-
de, tota anima, tota diligendo uirtute, & proximū
suum sicut seipsum: hic nō auditor obliuiosus fac-
tus, sed factor operis euāgelici cōprobatur. Et si
in eadem speculatione diuine legis operando per-
manferit, hic uere beatus erit, & ad beatitudinem
perueniet sempiternam.

Si quis autem putat se religiosum esse, non
refrenans linguam suam, ¶ laudādo semetipsum,
& pro bonis suis quæ fecerit, glorificāre se coram
hominibus quæ fuerit, ut pharisæus stās in templo,
& computans bona sua, non se sicut publicanum
esse profitebatur. [nō refrenans linguam suam.]
Id est, cor suum ab elatione uel uanæ gloriæ appe-
titu, uel etiā linguā suā custodiendo a detrāctiōe
uel blasphemia: a ociosum est agbusdā se uitis
abstinere, si nō refrenauerit linguam suam. Unde
dicitur in Psalmo: Quis est homo q̄ uult uitā, & cu-
pit uidere dies bonos? Cohibeat linguā suā a ma-
lo & labia eius ne loquantur dolum. Nam subditur:
sed seducens cor suum, huius uana est reli-
gio, ¶ quando consistit cor suum in superbia sua.

Gala. 4.

Gala. 6.

Psal. 33.

Religio munda & immaculata apud deum
& patrem hæc est: Visitare pupillos & uiduas in tri-
bulatione eorum. *Job* Cura pupillorum ac uidua-
rum ecclesiæ cõmendatur, & sacerdotibus magnũ
periculum cõminatur, si cõtradicientibus ueritati,
resistere noluerint: qm̄ quisquis personam potētis
accipit, & ueritatem loqui pauescit, graui multa-
tur culpa sententiæ. Multi enim præfules ecclesia-
rum timentes ne amicitiam perdāt, & molestiana
odiorum incurrant, peccantes nõ arguunt, & cor-
ripere pauperum oppressores uerentur. Nec per-
tinescunt de seueritate reddendæ rationis, pro eo
quod cõticescunt de plebibus sibi commissis, quo-
niam a potentibus pauperes opprimuntur. Ad eri-
piendos eos boni sacerdotes protectionis auxili-
um ferunt, nec uerentur cuiusquam inimicitia &
molestias, sed oppressores pauperum palam argu-
unt, increpant, excommunicant, minusq; metuūt
eorum nocendi nisi dias, etiamsi nocere ualeāt. Pa-
stor enim bonus animam suam dat pro ouibus su-
is. Nā sicut per uigilias pastor contra bestias oues
custodire solet, ita & dei sacerdos super gregem
Christi sollicitus esse debet, ne inimicus uaster, ne
persecutor infestet, ne potentioris cuiusq; cupidi-
tas uitam pauperum inquietet, sed sua potius soli-
citudine & cura diligenti, uitam & salutem mere-
antur æternam.

DOMINICA QUINTA POST

Pascha, Vocem iucunditatis.

Iohannis XVI.

In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis:

I v

Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis.
Et reliqua.

L Argitor uirtutum & remunerator meritorum. dñs. Iesus Christus, sciens humanā naturam nihil boni habere posse, nisi per eius gratiā. **Joh. 15.** qui ait, Sine me nihil potestis facere, ad instātiā orandi & importunitatem petendi nos alibi hortatur & admonet, dicens, Petite & accipietis. **Mat. 7.** te & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Et ne aliquis impetrare se posse qđ postulat dubitaret, si tñ in oratione non deñciat, magnam fidutiā petentibus in exordio huius lectionis exhibuit, dicens: [Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis.] Vbi notandum quia cum nos ad petendam hortatur, sua gratuita dona, nostra uult esse merita: & ideo quantum sciat qđ nobis necesse sit, an eā petamus cura, ut inueniat in nobis qđ iuste remuneret, ad petendum nos inuitat, dicens: Omnis qui petit accipit, & qui querit inuenit, & pulsanti aperietur. Sed forte mouerimus intelligētes, quare dicat, [Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis,] cum legitimus nō solum inferiores quosq; sed etiam Paulum apostolum, qui summe pfectionis fuit, aliquid petisse & nō impetrasse. Sed ut ueridica dñi promissio nobis clarius cluceat, libet diuersas personas petentium inspicere, & causas impetrandi uel non impetrandi discernere. Aliquando em̄ tolet cōtingere, ut in oratione bona petantur: sed quia mali sunt qui petunt, a dño exaudiri non merentur. Superflue namq; se exaudiri a dño putāt in orationibus suis, qui cū

audire continentur in suis sermonibus. Salomone tunc
 stante, qui ait: Qui obturat aurem suam ne audiat legem,
 oratio eius erit execrabilis. Aliquando vero carna-
 les carnalia petunt. & ideo a domino non exaudiun-
 tur, quibus per beatum Iacobum apostolum dicitur: Pe-
 titis & non accipitis, eo quod male petatis, ut in concen-
 piscentijs uestris permaneat. Aliqui boni bona pe-
 tunt, sed illorum mala merita pro quibus petunt, eis ob-
 sistunt ne audiantur, quales erant illi, pro quibus Ieremie
 a domino dicitur: Tu vero noli orare pro populo hoc, &
 non assumes pro eis laudes & orationem, quia non exau-
 diam te. Et iterum: Si steterint Moyses & Samuel con-
 tra me, non est anima mea ad populum istum. Nec in pu-
 tandum quod a fructu mercedis privemur, quies pro
 iniquis orantes, exaudiri non meremur: quia etsi illi non
 sunt digni accipere, pro quibus petimus, nobis tamen pro
 bona intentione merces recompensabitur. Vnde bene
 non dixit simpliciter, [Si quid petieritis patrem
 in nomine meo, dabit:] sed cum addita merito, [da-
 bit nobis.] Quod est dicere, Etsi illi non meren-
 tur accipere pro quibus petitis, vobis tamen pro affe-
 ctu charitatis merces retribuetur, sicut Psalmista
 ait: Et oratio mea in sinum meum conuertetur. Ali-
 quando sancti sancta petunt, sed quia eorum petitio in
 presenti non impletur, restat ut in futuro impleatur:
 sicut uniuersalis ecclesia quotidie in oratione deum
 postulat, dicens: Adueniat regnum tuum. Quod re-
 gnus etsi non mox finita oratione aduenit, tamen post
 uniuersale iudicium sine dubio creditur venturus. Ali-
 quando sancti in oratione contraria anime sue igno-
 ranter petunt, occulto tamen dei iudicio, non ad vo-
 luntatem, sed ad salutem exaudiuntur. Multo enim sa-
 lubrius est exaudiri ad salutem, quam ad voluntatem.

Pro. 28.

Iac. 4.

Iere. 7.

Iere. 15.

Psal. 34.

Mat. 6.

Quod ut manifestius intelligatur, duos in medijs ponamus: unum malum, & alterum bonum: ita tamen, ut bonus petiisse legatur & non impetrasse, malus autē petiisse & impetrasse. ¶ Sed ne aliquis tacita conscientia dicat, fieri non posse, illum ante oculos dei iniustum esse quod exauditus est, & illum iustum esse qui non exauditus: talis in malo ponendus est, cuius malitiam nullus ignoret: & talis in bono, de cuius sanctitate nullus dubitet, Paulus scilicet apostolus & diabolus. Quis enim diabolum autorem malitiae esse neget, maxime cum per beatum

Iob. 42. Iob de eo dicatur: Omne sublime uideret, & ipse est rex super omnes filios superbie: Quis uero Paulum apostolum post conversionem sanctum fuisse dubitet, maxime cum ipse iudex de eo testetur, dicens:

Actu. 9. Vas electionis mihi est iste, ut portet nomen meum coram gentibus & regibus & filiis Israel: Nullus. Et tamen diabolus petiit, & impetrauit, Apostolus uero petiit, & non impetrauit. Petiit diabolus ut substantiam Iob deleteret, & audiuit: Ecce uniuersa quae habet, in manu tua sunt. Petiit Apostolus ut auferretur ab eo stimulus carnis suae, & non impetrauit. Quis ergo horum magis exauditus est: diabolus, an Apostolus: Diabolus exauditus est ad uoluntatem, non tamen ad salutem: quia inde deterior effectus est, unde sancto uiro damnum inferre conatus est. Apostolus uero non est exauditus ad uoluntatem, sed ad salutem: quia non expediebat illi ut stimulus carnis suae ab eo auferretur, qui ob custodiam humilitatis ei datus fuerat, sicut ipse dicit: Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meae, angelus satanae, ut me colaphizet. Propter quod ter dominum ro-

Iob. 1:

1. Co. 12.

ibid.

gaui, ut discederet a me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur: Quicumq; ergo fide non dubitans, ea quæ ad salutem anime tuæ pertinent, perseveranter petit, sine dubio exauditur aut in presenti, aut in futuro. Unde bene dicitur, [in nomine meo.] Nomen uero eius, Iesus est, id est, saluator siue salutaris. Ille ergo in nomine Iesu petit, q; anime suæ salutem q̄rit.

Vsq; modo non petistis quicquam in nomine meo. ¶ Nunquid non ante petierant apostoli, dicentes: Domine, dic nobis quādo hæc erūt? **Mat. 24.** Quod signum aduentus tui? Et his similia. Fecerunt utiq; Sed quod ait, [Vsq; modo non petistis, quicq;] duob; modis intelligi potest. Siue nō petistis quicq;, quia me æqualem patri non credidistis, ut in nomine meo peteretis. siue certe nō petistis quicq;, quia ad comparationem eorum quæ petere debuistis, nihil sunt q̄ petistis. Fragiles namq; mentes apostolorum ante passionē prius terrena & transitoria petere nouerant, sicut de duobus filijs Zebedei legimus, qui persuaserūt matri ut peteret ab eo, ut unus sederet a dextris, & alter a sinistris in regno eius. Sed quia ad comparationē eorum quæ petere debuerant, nihil erat qd petebāt, p̄tinus audierunt: Nescitis quid petatis. **Mat. 20.** Terrena namq; & transitoria æternæ felicitati comparata, nihil sunt æstimanda. Sed quia hæctenus ad ea quæ eterna sunt, petenda pigri fuerāt, dñi sermonibus ad petendam incitātur, cum dicitur: [Petite.] Et ne se accepturos dubitarēt, recte subiungitur. [Et accipietis] Quid autem principaliter petere deberent, manifestatur cum subinfertur:

Vt gaudium uestrum sit plenum.

Vbi ordo uerborum talis est: Petite ut gaudium uestrum sit plenum, & accipietis. In quo loco ostenditur quia in oratione non aurum, non argentum, non terrenas diuitias petere debemus, non presentis uitae longiuitatem, sed uitam aeternam, & ea quae ad illam pertinent, id est uirtutes animae. Plenum ergo & perfectum gaudium esse non potest, ubi fragilitas inuicibilitatis ita uariatur, ut uix unius horae spatium gaudium nobiscum permanere possit. Subito enim letitia a tristitia absorbetur, gaudium in dolore uertitur, sanitas infirmitate laeditur, ampla possessio paupertate tenuatur, prosperitas aduersitate prostratur, iuuentus ad senectutem, uita currit ad mortem. Cum ergo dicit. [Petite & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum] illam singularem ac beatam uitam nos petere admonet, ubi est letitia sine tristitia, gaudium sine dolore, securitas sine timore, uita sine morte. Quam qui adepti fuerint, gaudium & letitiam obtinebunt, & fugiet ab eis omnis dolor & gemitus, quando implebitur quod dominus abbi promittit, dicens: iterum uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Hanc deuotus ille supplicator specialiter concupierat, cum dicebat: Vnam peti a domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitae meae, & uideam uoluntatem domini. Et iterum: Credo uidere bona domini in terra uiuentium.

Ioh. 16.

Psal. 26.

Ibid.

Hec in prouerbijs locutus sum uobis. Venit hora.] ¶ Hanc horam, diem pentecosten intelligere possumus.

Cum iam non in prouerbijs loquar uobis.

bis, sed palā de patre annanciabo uobis.] Prouerbia quaedā similitudines dicuntur, quae ad obscuriores quasque sententias intelligendas, necessarie ab autoribus adhibentur, ut saltem per uisibilia inuisibilia cognoscere queat. Vnde liber Salomonis i uerbiorum nomen accepit, eo quod paruulorum ignorantia per quasdam imagines uel similitudines, ad sapientiam discendam tuadeat. Locutum ergo dicit dominus in prouerbis, quia prius fragilitati discipulorum cōdescendens, ut mysteriū regni caelorum facilius capere possent, in suis sermonibus similitudine, adhibuit, sicut ait Matthaeus euangelista: *Loquebatur Iesus cum discipulis suis in parabolis & hic e parabolis nō loquebatur eis. Sed cum permitte se nō in prouerbis locuturum, sed palam de patre annunciatum, ad tantā perfectionē per spūsanctū aduentum ostendit eos uenturos, quibus nō necessesse sit in prouerbis quasi paruulis loqui, cū idē spūsanctus adueniēs palā de patre annunciet. i. perfecte cognoscere faciat, quōliter pater in filio & filius sit in patre. Et quicunq; potest pater, potest similiter & filius, secundum quod ipse ait: Omnia quae habet pater, mea sunt. Vnde & subditur:*

Illo die in nomine meo petetis,

Quod est dicere: Illo die cū spūsanctus adueniēs cognoscere uos fecerit quia ego & pater unum sumus, in nomine meo petetis, quia equalē patri me esse cognoscetis, & omnia me dare posse cū patre ei edetis. Sicut uero ait, [In nomine meo petetis, tale ē ac si diceret: Cū spūsanctus adueniēs terrena uos perfecta cōditōne fecerit, solūmodo quae ad salutē animarum pertinet, petenda intelligetis. Et quia Christus ita homo apparuit, ut perfectus esset deus, recte subiungitur:

Mat. 13.

Ioh. 16.

- Et non dico uobis quia ego rogabo patrem de uobis. Quia enim homo est, a libi patrem pro discipulis rogasse legitur, dicens: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Et iterum: Pater, cum essem cum eis, ego seruabam eos quos dedisti mihi, Nunc autem pro eis rogo, non pro mundo. Et non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos a malo. Et alibi Petro: Ego pro te rogavi Patre, ut non deficiat fides tua. Nunc autem non rogaturum se patrem pro discipulis dicit, quia omnipotens est in diuinitate cum patre. Rogat ergo patrem per humanitatem, quia omnia postulata dat cum eo per diuinitatem. Siue certe per hoc quod ait, Et non dico uobis quia ego rogabo patrem de uobis, ad tantam beatitudinem sanctos ostendit esse uenturos in aeterna uita, ut nullius auxilio uel prece indigeant: quia aeterna beatitudine replebuntur, sicut dominus per Ieremiam prophetam pollicetur, dicens: In diebus illis & in tempore illo non docebit uir fratrem suum, neque proximum suum, dicens: Cognosce deum: omnes enim cognoscent me, dicit dominus, a minimo usque ad maximum. Et ideo non dixit de presenti, rogo, sed de futuro, rogabo. Quod autem subiungit, Ipse enim pater amat uos, quia uos me amatis, & credidistis quia a deo exiui, non ita accipiendum est, quasi a more discipulorum precesserit, ut proprio merito a patre amari mereretur, sed gratuito dono primum a patre dilecti sunt, ut filii credere & amare potuissent. Denique per prophetam ipse dicit: Diligam eos spontaneae. Et in euangelio: Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Hinc Iacobus apostolus ait: Voluntate genuit nos uerbo.
- Ioh. 17. Et non dico uobis quia ego rogabo patrem de uobis. Quia enim homo est, a libi patrem pro discipulis rogasse legitur, dicens: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Et iterum: Pater, cum essem cum eis, ego seruabam eos quos dedisti mihi, Nunc autem pro eis rogo, non pro mundo. Et non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos a malo. Et alibi Petro: Ego pro te rogavi Patre, ut non deficiat fides tua. Nunc autem non rogaturum se patrem pro discipulis dicit, quia omnipotens est in diuinitate cum patre. Rogat ergo patrem per humanitatem, quia omnia postulata dat cum eo per diuinitatem. Siue certe per hoc quod ait, Et non dico uobis quia ego rogabo patrem de uobis, ad tantam beatitudinem sanctos ostendit esse uenturos in aeterna uita, ut nullius auxilio uel prece indigeant: quia aeterna beatitudine replebuntur, sicut dominus per Ieremiam prophetam pollicetur, dicens: In diebus illis & in tempore illo non docebit uir fratrem suum, neque proximum suum, dicens: Cognosce deum: omnes enim cognoscent me, dicit dominus, a minimo usque ad maximum. Et ideo non dixit de presenti, rogo, sed de futuro, rogabo. Quod autem subiungit, Ipse enim pater amat uos, quia uos me amatis, & credidistis quia a deo exiui, non ita accipiendum est, quasi a more discipulorum precesserit, ut proprio merito a patre amari mereretur, sed gratuito dono primum a patre dilecti sunt, ut filii credere & amare potuissent. Denique per prophetam ipse dicit: Diligam eos spontaneae. Et in euangelio: Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Hinc Iacobus apostolus ait: Voluntate genuit nos uerbo.
- Ibid. 1. Pater, cum essem cum eis, ego seruabam eos quos dedisti mihi, Nunc autem pro eis rogo, non pro mundo. Et non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos a malo. Et alibi Petro: Ego pro te rogavi Patre, ut non deficiat fides tua. Nunc autem non rogaturum se patrem pro discipulis dicit, quia omnipotens est in diuinitate cum patre. Rogat ergo patrem per humanitatem, quia omnia postulata dat cum eo per diuinitatem. Siue certe per hoc quod ait, Et non dico uobis quia ego rogabo patrem de uobis, ad tantam beatitudinem sanctos ostendit esse uenturos in aeterna uita, ut nullius auxilio uel prece indigeant: quia aeterna beatitudine replebuntur, sicut dominus per Ieremiam prophetam pollicetur, dicens: In diebus illis & in tempore illo non docebit uir fratrem suum, neque proximum suum, dicens: Cognosce deum: omnes enim cognoscent me, dicit dominus, a minimo usque ad maximum. Et ideo non dixit de presenti, rogo, sed de futuro, rogabo. Quod autem subiungit, Ipse enim pater amat uos, quia uos me amatis, & credidistis quia a deo exiui, non ita accipiendum est, quasi a more discipulorum precesserit, ut proprio merito a patre amari mereretur, sed gratuito dono primum a patre dilecti sunt, ut filii credere & amare potuissent. Denique per prophetam ipse dicit: Diligam eos spontaneae. Et in euangelio: Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Hinc Iacobus apostolus ait: Voluntate genuit nos uerbo.
- Luc. 22. Nunc autem non rogaturum se patrem pro discipulis dicit, quia omnipotens est in diuinitate cum patre. Rogat ergo patrem per humanitatem, quia omnia postulata dat cum eo per diuinitatem. Siue certe per hoc quod ait, Et non dico uobis quia ego rogabo patrem de uobis, ad tantam beatitudinem sanctos ostendit esse uenturos in aeterna uita, ut nullius auxilio uel prece indigeant: quia aeterna beatitudine replebuntur, sicut dominus per Ieremiam prophetam pollicetur, dicens: In diebus illis & in tempore illo non docebit uir fratrem suum, neque proximum suum, dicens: Cognosce deum: omnes enim cognoscent me, dicit dominus, a minimo usque ad maximum. Et ideo non dixit de presenti, rogo, sed de futuro, rogabo. Quod autem subiungit, Ipse enim pater amat uos, quia uos me amatis, & credidistis quia a deo exiui, non ita accipiendum est, quasi a more discipulorum precesserit, ut proprio merito a patre amari mereretur, sed gratuito dono primum a patre dilecti sunt, ut filii credere & amare potuissent. Denique per prophetam ipse dicit: Diligam eos spontaneae. Et in euangelio: Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Hinc Iacobus apostolus ait: Voluntate genuit nos uerbo.
- Iere. 31. In diebus illis & in tempore illo non docebit uir fratrem suum, neque proximum suum, dicens: Cognosce deum: omnes enim cognoscent me, dicit dominus, a minimo usque ad maximum. Et ideo non dixit de presenti, rogo, sed de futuro, rogabo. Quod autem subiungit, Ipse enim pater amat uos, quia uos me amatis, & credidistis quia a deo exiui, non ita accipiendum est, quasi a more discipulorum precesserit, ut proprio merito a patre amari mereretur, sed gratuito dono primum a patre dilecti sunt, ut filii credere & amare potuissent. Denique per prophetam ipse dicit: Diligam eos spontaneae. Et in euangelio: Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Hinc Iacobus apostolus ait: Voluntate genuit nos uerbo.
- Ose. 14. Diligam eos spontaneae. Et in euangelio: Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Hinc Iacobus apostolus ait: Voluntate genuit nos uerbo.
- Ioh. 15. Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Hinc Iacobus apostolus ait: Voluntate genuit nos uerbo.
- Iac. 1. Voluntate genuit nos uerbo.

ueritatis. Eadem enim gratia que subsequitur homi-
nem ut bene possit, ipsa precedit ut bene uelit. Ni-
si enim humanam uoluntatem gratia dei preueniret
ut bene uellet, nequaquam Psalmista diceret: Forti *Psal. 58.*
tudinem meam ad te custodiam, quia deus susce-
ptor meus, deus meus, misericordia eius praeueni-
et me. Et nisi eadem hominem subsequeretur ut be-
ne posset, nullo modo idem Psalmista diceret: Mise *Psal. 22.*
ricordia eius subsequetur me omnibus diebus uite mee.

Exiit a patre, & ueni in mundum: iterum
relinquo mundum, & uado ad patrem.] In hoc uer-
iculo dominus utranque suam naturam, diuinam scilicet &
humanam, nobis commendauit. Quia enim deus in
forma diuinitatis ab hominibus uideri non pote-
rat, exiit a patre, & uenit in mundum: quia ut ui-
deri posset, in forma serui uisibile se in mundo osten-
dit, sicut ait Apostolus: Cum esset in forma dei, non *Philip. 2.*
rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, sed se-
metipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in si-
militudinem hominum factus, & habitu inuentus
ut homo. Iterum reliquit mundum, & iuit ad pa-
trem, quando expleto incarnationis suae myste-
rio, humanam naturam quam ex nobis assumpse-
rat, in patris dextera collocauit, sicut ait *Mar. 16.*
euangelista: Dominus quidem Iesus postquam locutus
est eis assumptus est in caelum, & sedet a dextris dei.
Sicut ergo non deseruit patrem, cum in mundum ue-
nit, sic non dereliquit electos, cum ad patrem rediit,
sicut ipse alibi ait: Ecce ego uobiscum sum omnibus *Mat. 28.*
diebus usque ad consummationem seculi. ¶ Manes
ergo cum patre per diuinitatem, uenit in mundum
per humanitatem: & rediens ad patrem per huma-
nitatem, mansit cum electis per diuinitatem, sicut ipse

Ioh. 3.

ait: Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo.

Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & proverbiū nullum dicis. ¶ In his suis uerbis ostendunt discipuli, quia in hac ultima cōfabulatione loquens ad eos dñs, de his maxime disputabat, quæ illos audire delectabat. Et quantum ad ea quæ loquebatur, nondum perfecte intelligerent, tamen se intelligere putātes, responderunt, dicentes: [Ecce nunc palam loqueris, & proverbiū nullum dicis.] Quia uero eorum cogitationes præueniens, frequenter ea quæ interrogare uolebant, non interrogatus in medium proferebat, diuinæ naturæ iudiciū in eo comprehendunt. Unde & subiungunt, dicentes:

Nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi, ut quis te interroget. In hoc credimus quia a deo existi. ¶ Proprium namq; est deo, cogitationes hominum intueri, scriptura testante, quæ ait: **1. Para. 6** Tu deus solus nosti corda filiorum hominum. Et **Psal. 138** Quæ sunt in corde hominis, oculi tui uident domine. Et Psalmista: Intellexisti cogitationes meas de longe.

SERMO DE LITANIIS,
id est, de supplicationibus,
& de exordio earum.

Sed quia dies litaniarum, id est, supplicationū, annua reuolutione recolimus, liber, propter simpliciores, unde exordium sumpserūt, breuiter commemorare. Non enim absq; euangelica & apostolica autoritate, in consuetudinem uenisse credendi sunt. Deniq; dñs in cælum ascensus, cū